

# Richeas

ignoscat de? et reserata furore ire sue.  
et non pibim? Et vidit de? opa eoz qz co  
uersi sunt de via sua mala. et misertus  
est super maliciam quā locutus fuerat  
ut ficeret eis. et non fecit.

III

**T**afflictus ē ionas afflictione  
mag. et irat? ē et orauit ad dñm  
et dixit. Obscurio dñe. nūqd nō  
hoc ē vñ meū cū adhuc eēm in terra  
mea. Prop hoc poccupauit ut fugerē i  
tharsis. Scio. n. qz tu deus clemens et  
misericors es. patiēs et multe miserati  
onis et ignoscēs sup malitiā. Et nūc do  
mine tolle qso aiam meā a'me. qz meli  
or est mihi mors qz vita. Et dixit dñs.  
Putasne bñ irasceris tu. Et egressus ē  
ionas de ciuitate. et sedet ē orientē ciui  
tatis. et fecit sibimet vmbra culū ibi. et  
sedebat subter illud in vmbra donec vi  
deret qd accideret ciuitati. et pparauit  
dñs deus ederā. et ascendit sup caput io  
ne ut ēēt vmbra sup caput ei?. et ptege  
ret ei. Laborauerat. n. Et letat? ē ionas  
sup edera leticia mag. Et pavuit de? ver  
mē ascēsu diluculū i crastinū et percussit  
ederā et exaruit. Et cuz ortus fuisset sol  
precipit dñs vēto calido et vrēti et percussit  
sol sup caput ione. et estuabat. Et peti  
vit aie sue ut moreret. Et dixit. Mel?  
ē mihi mori qz viuere. Et dixit dñs ad  
ionā. Putasne bñ irasceris tu sup ede  
ram. Et dixit. Bene irascor ego vsq ad  
mortē. Et dixit dñs. Tu doles sup ede  
ram in q nō laborasti neqz fecisti ut cre  
sceret. qz sub vna nocte nata ē et subyna  
nocte p̄st. et ego nō pcam niniue ciuita  
ti magne. in q sunt plus qz centū vigiti  
milia boīm. qz nesciūt qd sit int̄ dexterā  
et sinistrā suā et iumenta multa.

Explicit Jonas pplexa. Incipit pro  
logus in Olicheam prophetam.

Empibus ioathē et achā et  
esechie regū iuda. michēā p  
p̄letam ad hāc p̄phetā spū  
sancto repletū fuisse lectio  
pa demonstrat. Sed de supradicto nu

mero regū ioathan et esechiam deo ob  
religionē placuisse. historia libri qrti re  
gum. et secundi paralipomenon indicat.  
Achām vō relicto deo. idola samarie q  
bus etiā filios suos in sacrificiū igni cō  
cremandos obtulerat coluisse constat.  
Quāobrem deus samariā q reges ista  
el et iuda memoratoꝝ simulacroz super  
stitione fefellerat increpans indignatō  
nem suam in eam processuram cōmis  
natus est. Populo etiā israel p̄uarica  
tori et p̄ncipibꝫ eius q eundem p̄plm fal  
aci suafione ad colēda. idola impleuer  
rant verbis in seqntibꝫ captiuitatem et  
interitum affuturum denunciauit.

Explicit prologus incipit argumētū

**I**cheas de morasthi cohe  
res christi vastationē an  
nunciat filie latronis. et  
obsidionem ponit contra  
eam. quia maxillam p̄cū  
serit iudicis israel.

Explicit argumentū. Incipit Oiche  
as propheta. Capitulum I

## Erbū domi

**V**ni qd factuz ē ad miche  
am morasthitē i die  
bus ioathā achāz et ese  
chie regum iuda quod  
vidit super samariam et hierusalē. Aus  
dite populi omnes. et attendat terra et  
plenitudo eius. et sit dñs deus vobis in  
testem. dominus de templo sancto suo  
Quia ecce domin? egredietur de loco  
suo. et ascendet et calcabit sup excelsa ter  
re. Et consumētur montes subitus eu  
et valles scindens sicut cera a facie ignis  
sicut aqua que decurrunt i preceps. In  
scelere iacob om̄e istud et in peccatis do  
mus israel. Quod scelus iacob. Nōne  
samaria. Et que excelsa iude. Nōne hie  
rusalē. Et ponā samariā quasi aceruum  
lapidum in agro cum plantatur vinea.

D

et detrahant in vallem lapides eius. Et fundamēta eius reuelabō. et omnia scul̄ptilia eius concidentur. Et omnes mercedes eius cōburētūr igni. et omnia idola eius ponāt in perditionem. quod te mercēdib⁹ meretricis cōgregata sunt vob⁹ q̄ ad mercedem meretricis reuertētur. Sup hoc plangāt vobulab⁹. vadā spoliatus et nudus. Faciat planctū velut draconis et luctum quasi stritionū quia de sperata ē plaga eius. quia venit vob⁹ ad iudicium. tetigit portā populi mei vob⁹ ad hierusalem. In geth nolite annūciare lacrimis ne ploretis. In domo pulueris puluereros cōspargete et transite. vob⁹ habitat pulcrea confusa ignomīnia. Nō ē egressa q̄ habitat in eritu. plāctū domus vicina accipiet et vob⁹ q̄ stetit sibimet qz infirmata ē in bonū q̄ habitat in amaritudinib⁹. Quia descendit malū a dño in portā hierilm. tumultus quadrigē stuporis habitanti lachis. pncipū peccati ē filie sion. qz in te inuēta sunt scelera israel. ppterera dabit emissarios sup hereditatem gerh. domos mēdaciū in deceptōnē regib⁹ israel. Adhuc heredem adducā tibi q̄ habitas in mesa vob⁹ odollam. veniet gloria isrl. De caluare et tondere sup filios deliciarum. dilata caluitum tuum sicut aquila qm̄ captiui ducti sunt ex te.

**E**qui cogitatio inutile. et op̄mini maluz in cubib⁹ vestris.

In luce matutina faciūt illud quoniā contra dominū est manus eoz. Et concupierunt agros et violenter tulērunt et rapuerunt domos. et calumniantur virū et domū eius. virum et hereditatem eius. Idecirco hec dicit dominus. Ecce ego cogito sup familiā istam malū vnde nō auferetis colla vfa. et nō ambulabitis supbi. qm̄ tps pessimū est. In die illa sumet sup vos palula. et catabit canticiū cū suavitate dicētiū. De populatione vastati sum. Mars populi mei mutata est. Quo recedis a me et reuertat q̄ regiones nras diuidat. Propter hoc nō erit tibi mittens sun.

tulū fortis in cetu dñi o isrl. Ne loquāmini loq̄ntes. Nō stillabit sup istos nō cōprehender p̄fusio dicit dominus iacob. Nūquid abbreviatus est sp̄s domini. aut tales sunt cogitationes eius. Nōne vba mea bona sunt cū eo q̄ recte graditur. Et contrario p̄plus meus in aduersariū surrexit. Desup tunica palliū suū stulisti et eos q̄ trāfiebat simplicit̄ conuertissis i bellū. Julieres p̄pli mei eiuscistis de domo deliciarū suarū. a parvulis eaz tulisti laudē meā in p̄xtrū. Surge et ite qz nō habetis hic req̄em. propter immūdicā ei⁹ corrūpet putredine pessima. Utinā nō essem vir hñs sp̄s et mendaciu⁹ potius loqrer. Stillabo tibi in vinū et in ebrietatem et sup quem stillatur p̄plus iste. Cōgregatiōe cōgrebat̄ iacob totū te in vnu reducā reliq̄ias israel. Pariter ponā illū q̄ si gregem in ouili. q̄ si pecus in medio caularū. Tu multuasbitur a multitudine hominū. Ascendet em̄ pandens iter aī eos. Dividet et trāsibūt portā. et egredient̄ p̄ ea. Et transibit rex eorum corā eis. et dñs in capite eorum.

**III**  
**D**ixi. Audite p̄ncipes iacob. et duces domus isrl. Nūqd non vfm ē scire iudicis qui odio habetis bonū et diligitis malū. qui violēter tollitis pelleas eoz desupeis. et carnē eoz rū desuper ossib⁹ eoz. Qui comedent carnem p̄pli mei. et pelleam eoz desuper ex coriauerūt. et ossa eoz cōfegerūt. et considerunt sicut in lebete et quasi carnē in medio olle. Tūc clamabūt ad dominū et non exaudiet eos. et abscondet faciem suam ab eis in tempe illo. sicut nequit egerunt in adiunctionib⁹ suis. hec dicit dñs sup p̄phetas qui seducunt p̄pli meū. qui mordent dentib⁹ suis et predictant pacem. Et si q̄s non dederit in ore eoz qui ppiā. sanctificant sup eū preliū. Propterera nos vobis pro visione erit. et tenebre vobis p̄ diuinatione. Et osculet sol sup prophetas. et obtenebrabitur sup eos dies. Et p̄fundentur quirident visiones. et confundentur diuiniti.

# Richeas

Et opient oēs vult' suos. qz nō ē rīsuū  
tei. Clerūtū ego replete sum fortitudie  
spūs dñi iudicio & vtute. vt annūciem  
iacob scelus suū. & israel p̄ctm suū. Au  
dite hoc p̄ncipes domus iacob & iudices  
domus israel. qui ab omniā mīni iudicū  
& oia recta p̄vertit. Qui edificatis sis  
on in sanguinib⁹ & hierusalē in iniqui  
tate. Principes ei⁹ in mūerib⁹ indica  
bant. & sacerdotes ei⁹ in mercede doce  
bant. Et prophete eius in pecunia dñis  
nabat. & sup dñm req̄escēbat dicentes.  
Nūquid non dñs in medio nēm. Non  
veniet super nos mala. ppter hoc causa  
vestri. sion quasi ager arabit. & hierusa  
lem quasi aceruu lapiduz erit. et mōs  
templi in excelsa siluaz.

III

Erit in nouissimo dierū. erit  
e mōs dom⁹ dñi p̄patus in v̄ti  
ce montiū. & sublimis sup col  
les. Et fluēt ad eū p̄lī & p̄perabūt gen  
tes multe & dicēt. Venite ascēdamus  
ad montē dñi. & ad domū dei iacob. Et  
docebit nos de vijs suis. & ibimus i se  
mitiseius. Quia de sion egredieſ ier.  
et v̄bū dñi de hierlm. Et iudicabit iter  
p̄los multos. & corrip̄t gētes fortes  
vsc⁹ i longinquū. Et cōcident gladios  
suos in romeres. & hastas suas in ligo  
nes. Nō sumet gēs aduersum gentem  
gladiū. & nō discēt v̄ltra belligerare. Et  
sedebit vir subt' vineā suā. & subtus fi  
cū suā. & non erit q̄ deterreat. qz os dñi  
exercituū locutū est. Quia om̄nes p̄lī  
ābulabūt v̄nus q̄sc⁹ in noīe dei sui. nos  
aut̄ ābulabim⁹ in noīe dei nēi in eternū  
& v̄tra. In die illa dicit dñs cōgrega  
lo claudicant̄ & eā quā eiecerā colligā.  
& quā affixerā p̄solat̄. Et ponā claudi  
cantem in reliquias. & eā q̄ latrauerat  
in gentem robustam. Et regnauit dō  
minus sup eos in mōte siō. ex hoc nūc  
vsc⁹ in eternū. Et tu turris gregis ne  
bulosa filia sion vsc⁹ ad te veniet. & ve  
net potestas prima regnū filie hierusa  
lem. Nunc quare merore contraheris.  
Nūquid rex non ē tibi. aut cōfiliarius  
tuus perīst. quia comprehendit te dolor

sicut p̄t̄rientē. Dole et satage filia siō  
q̄si p̄t̄riēs. qz nūc egredieris de ciuita  
te. & hitabis i regione. & venies vsc⁹ ad  
babilonē. Ibi liberaberis. ibi redimeſ  
te dñs de manu inimicōz tuoz. Et nūc  
p̄ggregate sunt sup te gentes multe q̄ di  
cut lapideſ. & aspiciat in sion oculus nē  
Ipi aut̄ nō cognoueſt cogitatōes dñi.  
& nō intellexerūt p̄filii eius. qz congre  
gauit eos quasi senū aree. Surge & tri  
tura filia sion. qz cornu tuū ponam fer  
reū. & yngulas tuas ponā ereas. Et cō  
minues populos multos. & interficies  
dño rapinas eoz. et fortitudinem eorū  
domino vniuerſe terre.

V

Nunc vastaberis filia latronis.

Obsidionē posuerūt sup nos  
in v̄ga p̄cutiēt maxillā iudicis  
isrl. Et tu bethleē estrata puulus es in  
milib⁹ iuda. Ex te mihi egredieſ q̄ sic  
dñator in isrl. & egressus ē ab initio a di  
ebus eternitatis. Propt̄ hoc dabit eos  
vsc⁹ ad t̄pus in quo p̄t̄riēs pariet. Et  
reliquie fratz eius cōuertētur ad filios  
isrl. Et stabit & pascēt in fortitudie dñi  
in sublimitate noīs dñi dei sui. Et con  
uertētur qz nūc magnificabitur vsc⁹ ad  
termīos tre. Et erit iste pax assirijs cuž  
venerit in terrā nēam. & q̄n calcauerit i  
domib⁹ nēis. Et suscitabimus sup euz  
septē pastores. & octo p̄matēs hoīes. Et  
pascēt trām assur in gladio. & trā nērot  
in lanceis eius. Et liberabit ab assur cuž  
venerit in trāntam. & cuž calcauerit i fi  
nib⁹ nēis. Et erūt reliquie iacob in me  
dio p̄ploz multoz q̄si ros a dño. & quasi  
stille sup heī bā q̄ nō expectat virū. & nō  
p̄stolat̄ filios hoīm. Et erūt reliquie iac  
ob in gentib⁹ in medio p̄ploz multorū  
q̄si leo in iumentis siluaz & q̄si catulus  
lonis i gregib⁹ pecoz. Qui cuž trāhierit  
& deculcauerit et cepit. nō est qui eruat.  
Et exaltabitur man⁹ tua sup hostes tu  
os. & oēs inimici tui iteribūt. Et erit in  
die illa dicit dñs. auferam equos tuos  
de medio tui. & dispidam q̄drigas tuas.  
Et perdaſ ciuitates terre tue. & deſtruā  
omnes munitiones tuas. Et auferam

D ij

maleficia de manu tua et diuinitates non  
erunt in te. Et perire facias sculptilia tua  
et statuas tuas de medio tui. Et non adorabis ultra opa manuum tuarum. et uel  
lam lucos tuos de medio tui. Et contes  
ram ciuitates tuas. et facias in furore et  
indignatione ultionem in omnibus gen  
tibus que non audierunt.

VI  
geris oleo. et mustu et non bibes vinum.  
Et custodisti precepta domini et osse opus  
domus achaic. et ambulasti in voluptate  
tibi eorum. ut darem te in pditionem. et ha  
bitantes in ea infibulum. et obprobriu[m]  
populi mei portabis.

VII

E mihi. quod factis suis sicut qui  
colligit i[n] autuno racemos viti  
demie. Non est latus ad comes  
dendus. pro quoque fucus desiderauit ani  
ma mea. Periit sanctus de terra. et res  
 eius in hominibus non est. Omnes in san  
guine insidiantur. vir fratres suu[m] ad mor  
tem venatur. O malum manuum suarum  
dicunt bonum. Princeps postulat. triu  
dex in reddendo est. Et magnus locu[m]  
est desiderium anime sue. et cōturbare  
runt eam. Qui optimus in eis est quasi  
paliurus. et qui rectus quasi spina de se  
pe. Dies speculacionis tue. visitatio tua  
venit. Nunc erit vastitas eorum. Nolite cre  
dere amico. et nolite confidere in duce. lab  
ea quod dormit in finu tuo custodi claustra  
oris tui. quia filius cōtumeliam facit pa  
tri. et filia consurget aduersus matrem  
suam nurus aduersum socrum suu[m]. et inimi  
ci hominis domestici eius. Ego autem ad  
domini aspiciam. expectabo deum saluator  
rem meum. Audiet me deus meus. Ne le  
teris inimica mea super me. quia cecidi  
Consurgam cum sedero in tenebris. do  
minus lux mea est. Nam domini porta  
bo. quoniam peccavi ei. donec causam me  
am iudicet. et faciat iudicium meum. Edus  
cer me in lucem. videlicet iusticiam eius.  
Et aspiciet inimica mea. et opietur con  
fusionem. quod dicit ad me. Elibi est dominus tuus.  
Oculi mei videbunt in eam. Nunc  
erit in cōculcatione. ut lutum platear.  
Dies. ut edificent macerie tue. In die  
illa loge fiet lex. In die illa et usque ad te  
veniet assur. et usque ad ciuitates munici  
tas. et a ciuitatibus munitis usque ad flu  
men et ad mare de mari. et ad montes de  
monte. Et terra erit in desolationem. po  
pter habitatores suos. et poster fructum  
cogitationum eorum. Nasce populus tuus in  
virga tua. et gregem hereditatis tue ha

Eldite quod dominus loquitur. Surge  
et cōtende iudicio aduersus mo  
tes. et audiatur colles vocem tuam.  
Audiet motes iudicium domini et fortia fun  
damēta frē. quod iudicium domini cum populo suo.  
et cum israel diuidicabūt. Popule meus quod  
seci tibi aut quod molestus fuī tibi. Rende  
michi. Quia eduxi te de terra egypti. et de  
domo seruientū liberavi te et misi an  
faciem tuā moisen et aaron et maria. Po  
pule meus memetō quod cogitaue  
rit contra te balach rex moab. et quid re  
derit ei baalam filius teor de sethūm usque  
ad galgalā. ut cognoscere iusticias do  
mini. Quid dignū offeram domino. Cur  
valo genu deo excuso. Numquid offeraz  
ei holocausta et vitulos anniculosa  
Numquid placari potest dominus in milib[us] as  
rietum. an in multis milib[us] hircorum pin  
giū. Numquid dabo primogenitū meū  
pro scelere meo fructū ventris mei pro  
peccato aīe mee. Indicabo tibi o homo  
quid sit bonū. et quid dominus requirat a te.  
Elicebus facere iudicium et diligere miseri  
cordiam. et sollicitū ambulare cum deo tuo.  
vox domini ad ciuitatem clamat. et salus erit  
timentibus nomine eius. Audite tribus. Et  
quis approbabit illud. Adhuc ignis in  
domo impij. thesauri iniquitatis. et mē  
sura minor ire plena. Numquid iustificabo  
staterā impiā. et sacelli pondera dolosa  
In quibus diuities eius repleti sunt iniq  
itate. et habitates in ea loq[ue]bant menda  
ciā. et lingua eorum fraudulēta in ore eorum.  
Et ego ergo cepi percutere te perditione.  
super peccatis tuis. Tu premedes et non sa  
ceraberis et humiliatio tua in medio tui.  
Et apprehendes et non salvabis. et quos  
salvaberis. in gladiū dabo. Tu seminab  
et non metes. tu calcabis oliu[m] et non vnu

# Naum

bitantes solos in saltu. In medio car-  
meli pascen̄ basan̄ et gaiāad iuxta dīes  
antiq̄ s̄m dies egressiōis tue de terra  
egipti. Quidam ei mirabilia. Glorietur  
gētes. et profundē sup oī fortitudine sua.  
Monet manū sup os. aures eoꝝ surde  
erūt. Lingēt puluerē sicut serpētes. ve-  
lūt reptilia frē perturbabuntur de sedib⁹  
suis. Dīm̄ tēū n̄m nō desiderabūt et  
timebūt te. Quis deus filis tui q̄ au-  
fers iniqtatē et trāffers peccatū reliqaz  
hereditatis tue. Non immittet yltra su-  
rorē suū. q̄si volens m̄iam est. Reuer-  
tetur et miserebitur n̄i. Deponet iniqt-  
ates n̄as. et p̄ciet in profunduz maris  
oīa p̄ctā n̄a. Dabis veritatē iacob mi-  
sericordiam abraam. que iurasti patrii  
bus nostris a dieb⁹ antiquis.

Explicit Oeclæas. pplexa. Incipit  
prologus in Naum prophetam.

**n** Aum pphetam āte aduētū  
tū regis assirior̄ qui popu-  
lū israel captiuū in suā re-  
gionem trāstulerat fuisse  
hebreor̄ traditio ꝑfirmat

Siquidem in finē huius lectōnis pre-  
dicti regis aduentū. idē pplexa annūci-  
are monstrat. Sed cū habitatores ni-  
niue iona interitū ciuitatis pdicāte ne  
diuina ira denūciatiū iteritū sustineret  
peccator̄. et impietatis pn̄iam egissent.  
accepta dei m̄ia. grauiorib⁹ se criminib⁹  
implicuerunt. Qua de causa memoria,  
tus pplexa sp̄isancto plenus. iudiciu-  
tei annūciās. ita locutus ē. De' celans  
et vlciscēs dñs ēst t̄c. Jam. n. tecē tribu  
ab assirijs ducte fuerat in captiuitatez  
sub ezechia rege iuda. sub quo etiā nūc  
in cōsolatione populi transmigrati. ad  
uersum niuinē visio cernitur. Nec erat  
pua cōsolatio. tam his qui iam assirij  
seruiebant. q̄ reliquis q̄ sub ezechia de  
tribu iuda et beniamin ab eisdeꝝ hostib⁹  
obsidebant. vt audirent assirios quoḡ  
a chaldeis esse capiendos. sicut in seqn̄  
tib⁹ libri huius demonstrabit. Scien-

dum q̄ niniue ī nostra ligua de hebreo  
speciosam sonat. Speciosus autē hic  
mūndus dī. Cū et apud grecos cosmos  
ab ornatū nomen accepit. Et quicquid  
aduersum niniue dicis. de mūndo figur  
raliter predicare sentiamus. Quā ob-  
causam et assumpto quā septuaginta ī  
terptes dicunt. apud hebreos massa po-  
nitur. id ē graue onus. eo q̄ cuꝝ aduers  
sus quā prophetatur premat. nec sinat  
eleuare cervicem. Simulq̄ hoc atten-  
dendum. qđ hec ipsa vel asumptio vel  
onus. vel pondus pphete visio sit. Nō  
est̄ loquitur propheta in extasi. vt mō-  
tanus et priscilla. maximillaq̄ delirat. Et  
quod pphetat liber ē visionis intelligē  
tis vniuersa qui loqui. et pondus holti  
um facientis suo populo visionem. De  
consummatione itaq̄ mundi s̄m ana-  
gogen consolationem sanctor̄ pphetia  
textitur. vt quecūq̄ in mūndo vident. q̄  
si pretereuntia et caduca contemnant.  
et preparant se ad iudicij diem. Elbi yl-  
tor aduersum vires assirior̄ affuturus  
est dominus.

Explicit plog⁹. Incipit argumentū

**n** Aum cōsolator̄ orb̄ interpre-  
tur. Increpat ciuitatez san-  
guinū et post euersione illius  
loqtur. Ecce sup mōtes pe-  
des euāgeliantis et annūciatis pacem

Explicit argumētū. Incipit Naum  
propheta. Capitulum I

**o** **N**us niniue  
Liber visiōis naū hel-  
chesei. De' emulator̄ et  
vlciscēs dñs. vlciscens  
dñs et habens furorem  
vlciscens dñs in hostes suos. et irascēs  
īpē inimicis suis. Dñs paties et magn⁹  
fortitudine. et mūndans non faciet inno-  
centē. Dñs in tempestate et turbine vie  
eius. et nebule puluis pedum eius. In  
D iq